UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Sententia Diffinitiva, Per S. D. N. Pavlvm Papam Tertivm Lata. Qua D. Hermannus, olim Archiepiscopus Colonien[sis]. & Ecclesi[a]e Paderbornen[sis]. Administrator, propter multa enormia in Religione ...

Paul <III., Papst>

[Köln], [1546]

[notarielle Beglaubigung]

urn:nbn:de:hbz:466:1-35152

Visual Library

EGo Iacobus de Dulcken, Clericus Colonien. Diœceſis, publicus ſacra Imperiali autoritate, & in uenerabili curia Archiepiſcopali Colonien. cauſarum Notarius, & ſcriba communis iuratus, fateor & recognoſco, me Anno Domini Milleſimo, Quingenteſimo, Quadrageſimoſeptimo, Mẽſis Ianuarij die tertia, una cũ Cõnotario meo ſupraſcripto, ad inſtantẽ & diligentem requiſitionem Reuerendorũ, Illuſtriũ, Venerabilium & Egregiorum Dominorum, Subdecani & Capituli ſupradictæ Eccleſiæ, præſens impreſſum exemplar, Sententiæ S. D. N. Pauli, ex prætactis literis Tranſſumpti publici, ut præfertur, ſubſcripti & ſigillati extractum, ad ſuum uerũ originale Tranſſumpti. Et ſimilitex exemplar Breuis Apoſtolici ſupra impreſſum, & exemplari Sententiæ ſubiunctum, ad ſuum uerum originale Breue, annulo piſcatoris ſignatũ, & ut præfertur ſubſcriptum, diligenter comparaſſe & collationaſſe. Et quia cum meo Connotario ſupraſcripto, eadem exemplaria cum memoratis originalibus autenticis, & in nulla ſui parte ſuſpectis, de uerbo ad uerbum concordare comperi, Idcirco ad præfatorum Dominorum meorum Subdecani & Capituli inſtantem requiſitionem, præſentes literas exemplationis ſeu Vidimus, una cum Cõnotario meo ſimiliter requiſito cõfeci, & ſimul cum eodem manu propria ſubſcripſi. Præſentibus & intereſſentibus. exemplationi huiuſmodi uenerabilibus uiris, dominis Andrea Bardvuick, Colligiatæ Eccleſiæ S. Gereonis Colonien. Canonico, & Hermanno de Monaſterio ſacræ Theologiæ Licentiatis, teſtibus ad candẽ exemplationem rogatis & requiſitis.

5